


1464. 11 Septembris.

Paulus papa II. etc.



Nihil aliud eis erimus eruo: dei
aliud nemo ponere potest preter id quod positum est quod est ihu xpi Saluator noster qui suo pretioso sanguine sanctam Catholicam fundans ecclesiam in montibus sanctis iuxta Prophetam eius
fundamenta constituit que tamquam ab optimo Architectore locata ita alte bases suas egerunt ut diuturnitate temporis ac tempestate prostermin nullo modo possint id ipso domino disponente per
Vicarios suos beatum Petrum et successores usque ad finem seculi sint diuturna Tum igitur felix recordationis Dies ipse et predecessor noster summus dicitur ecclesie Pontifex ac uerus ihu xpi
Vicarius in sede Petri hactenus sedens in Ciuitate nostra Anthonitana ad quam pro expeditione in Turchos supra uices etas et uulitudinis sue personaliter conuenerat Decimo octauo kl
Septembis ex hac peregrinatione ad celestem patriam migrauerit post solemne exequiarum celebrationem nos una cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romanæ ecclesie Cardinalibus
de quorum numero tunc eramus Rome in palatio apostolico apud Basilicam beati Petri Apostolorum Principis loci ad id consueti et per eosdem Cardinales concorditer electo modo et tempore
congruis pro electione futuri Pontificis Conclauis ingressi sumus ubi in primo scrutinio a Nissa in honorem Spiritus sancti celebrata deus qui concordiam in sublimibus operatur ita Venera-
biles fratres nostros unanimiter in hac tanta sedis apostolicæ promotione effecit ut miro et nobis stupendo dei consilio ad imbecillitatem nostram oculos dirigentes nos ac sancti Marci pbr
Cardinalem ad hanc summam honoris atque auctoritatis sedem concorditer elegerint Nos uero non de nobis sed de solo illo concepti fiducia qui infirma elegit ut fortia quæque confidat
debiles manuum nostrarum possumus humeros nostros summo super humerali munimine colla nostra humiliter subiicientes apostolicæ seruituti Redemptorem nostrum ihu christum annis nescitis uices acrimus suppliciter
exorantes ut qui per hanc uocationem in maris mundi huius altitudinem nos deduxit non patitur ab ipsius tempestate demergi preterea cum omnes conati nostros pro titula fidei christiane
contra eiusdem inimicos et maxime ad reprimendam Turchorum rabiem dirigimus sed illi nobis sue potentie dexteram porrigit que Apostolorum Principem in fluctibus ambulanti erexit
ac paulum die ac nocte in profundo maris positum liberauit Hanc uero assumptionem nostram ad tuam consolationem significandam diximus Serenitati tue queri ueluti peculiari nostram et ecclesie
filium singulari complectimur caritate hortantes eandem in domino primum ut porrigi facias preces solennes ad dominum deum nostrum ut nobis sua gratia assistat et assis nostros dirigat ut ecclesiam
suam sanctam ad gloriam et honorem eius exaltationem heresim defensionem ac exaltationem fidei pacem ac quietem populi christiani feliciter in domino gubernare uideamus Tua autem sublimitas
quod maxime Reges decet a quibus ceteri bene uiuendi exempla debent assumere fidem Catholicam nostram et dicte sedis auctoritatem honorem ac libertatem ecclesiasticam protegere ac defendere
uelit Ceteræ bullam plumbeam sine impressione nominis nostri esse presentibus appensam tua celsitudo non mittitur cum ante accepta Coronationis nostre insignia perfecte bullæ usus cum
Pontificis impressione nominis de consuetudine non habeatur Dat Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice
Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto Tertio Id Septembis Assumptionis me

Ja. a. Buccapadulis

ff 2a

1464

1464
anno R. 1464
anno R. 1464

Quintus fides pagina innotat
Simone regi. Adhuc suam
adprehensum.

1464

Nº 14. mo 20

Lonjic. Nº 22